



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

11. Dies 6. infra Octav: Epiphaniæ. De triplici virtutum genere in Christo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

20 *Dies 6. infra Oct. Epiph.*

offeram cum eo corpus meum: quia votum Dei vi
Obedientiae concessit, repetam illud, & offeram ut fu
ram cum eo animam meam, jamque me aliterum,
num, sive Dei judicabo, rogans, ut is rei sui guber
curam gerat, egoque vicissim eum ut Domini lingu
num meum respiciam. Orabo, ne me hanc
donationem rescindere patiatur Dominus.

MEDITATIO XI.

Dies 6. infra Octav. Epiphaniae.

De triplici virtutum genere in Christo.

Aspiciam Dominum IESVM magno va
rioque virtutum ornatu fulgentem. Po
tameas assequi.

Conf. 1. Magnum virtutum ornatum, de
quarum actionibus ait Ioannes capite ult
mo, quod si scribantur per singula, nec ipsum
arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi
sunt, libros: qui modus loquendi licet sit figu
ratus, uti & ille Ioann. 12. *Ecce totus mundus*
post illum abit, non tamen est excessivus, sed
multo inferior qualitate, & quantitate virtu
tum D. IESV, quia, si eius operationes con
siderentur ut divinae, quae sunt comprehen
dere, & amore infinito amare Patrem, spirare
Spiritum S. quis Angelorum vel unicam
hanc Christi actionem explicet libris etiam
in finitis?

Conf. 2. Operationes Christi Theandricas,
Dei-

Dei viriles, partim divinas, partim humanas,
& offe- ut fuerunt miracula, institutio Sacramento-
me alie- rum, & similia, quæ faciebat ut homo, sed
rei sua gubernatus à divinitate, cui unicus erat: quæ
Domi- lingua majestatem actionum ejus eloquetur?
ne hanc Conf. 3. Operationes Christi D. tertij gene-
pinus. ris humanas, ut erat loqui, ambulare, com-
edere, dormire, quæ præcisè ut humanæ
nia. explicarentur facile: verùm si aspiciantur ut
Christo factæ à Christo D. ductu spiritus, internæ
no va- prudentiæ, charitatis in Deum, dilectionis in
m. Pe- proximum, reliquæque virtutibus exornatæ,
im, di- non est homo, qui eas eloquatur: quia sin-
e uli- gula Christi acta fiebant spiritu tam sublimi,
ipsum in virtutis gradu tam heroico, per omnes cir-
ribendi- cumstantias tam exquisitè perfectæ, ut nullus
t figu- omnino sufficienter ea intelligat, verèque di-
undat- xerit Simon de Cassia l. 4. c. 1. *Tota Deificæ*
s, sed erat vita ejus. Decernam omnia mea acta o-
virtu- peribus tam virtuosis Christi semper unire,
con- ipse pretium eorum intelligit.

MEDITATIO XII.

Dies 7. infra Oct. Epiph.

*Vita spiritualis teneat locum primum,
naturalis secundum.*

Aspiciam tres Reges relictâ vitâ naturali,
quasi viâ præterita, supernaturali tan-
tiam- tum, caelestique intentos. Petam eos imitari

Conf.